



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XVIII. Ludolph, Herr von Werberg, verkauft an Albrecht von Alvensleben
verschiedene Besitzungen an der Aller, im Jahre 1304.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XVII. Heinrich und Friedrich von Alvensleben zu Erxleben überlassen den Tempelherren eine Gehung aus Klein-Rodenleben, am 23. Juni 1304.

Nos Hinricus et Fredericus, fratres, de aluenfleue dicti, de Arkefleue, recognoscimus — — quod licet — — dominus noster bernardus, prepositus magd. ecclesie, ius percipiendi XII solidos de aduocacia VIII mansorum in paruo rodenfleue sitorum ad curiam dominorum templariorum in magdeburg proprietatis titulo pertinencium, nobis vendidisset, nobisque in feodo contulisset, nos pro nobis et nostris heredibus presentibus et futuris, in hiis scriptis renunciamus predictis XII solidis et juri eorundem XII solidorum, et omne jus et possessionem, — que in predictis XII solidis habemus — — iam dicto domino preposito per presentes literas resignamus, dimittentes jam dictos XII solidos cum iure eorundem supradictis dominis templariis pleno iure proprietatis titulo perpetuo possidendos. — — Datum Magdeburg, Anno domini MCCCIII, In vigilia beate iohannis baptiste.

Nach dem im Humboldt'schen Archive befindlichen Originale, aus Wohlbrück's Sammlung. Vgl. Cod. II, I, 288. wegen Ueberlassung des Patronates der Kirche in Groß-Rodenleben.

XVIII. Ludolph, Herr von Werberg, verkauft an Albrecht von Alvensleben verschiedene Besitzungen an der Aller, im Jahre 1304.

Ego Ludolphus, dominus de Warberge, tenore presentium recognosco — — quod Domino Alberto, dicto de Aluenfleue, militi, bona quedam ex illa parte aque, que vulgari modo Alere nuncupatur, vendidi ac dimisi, Scilicet octo mansos sitos in campo Swanenfelt cum molendino et XVI areas in ipsa villa; Item locum in Knakerücke cum quibusdam lignis ibidem; Item semipartem quorundam lignorum, que vulgariter dicuntur Borrenhop; Item aduocaciam de IX mansis in paruo Bartenfleue; Item apud Horfyngge locum quorundam lignorum; Item quoddam nemus, quod dicitur Hoygnigewalt; Item semipartem quorundam lignorum que vulgari modo dicuntur Hagedorn; Et semipartem lignorum que dicuntur Berch; Item mediam partem lignorum que dicuntur Hoge camp, cum semiparte quorundam lignorum que Grauenberch proprie nuncupantur; Ita vt, cum primo ad Dominos meos venero ac ipsos habere potuero, a quibus hec bona in feodo teneo, ipsis ad manus suas ac patrocinio suo hec bona predicta resignabo. — — Acta sunt hec Anno domini M°. CCC. III.

Aus Wohlbrück's Sammlung.